



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 117. Fleurii Abbatis sententia pro commendis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

data esse; ita quicquid ibi a nobis decerni. Secul. XV.
 tur, commendatio est. Surget nobis non A. C. 1464.
 expectantibus aliquando Regnum istud in nos,
 ferre ultra non valens inutile ministerium Maffion hist.
 nostrum. Paulus Pontifex Cardinalis Franc 1.4 in
 sententiam approbans addidit, credere se Ludov. IX.
 a Pontificatu Calisti usque in præsentem diem Episc. lib. 69 de Rom.
 amplius quam quingenta monasteria esse in Paul. II.
 jam commendata, atque ideo timere se, ne
 corruptela hec in grave scandalum Ecclesias
 erumperet. Papiensis Cardinalis cuncta
 ista facta retulit, ac sententiam Carvaja-
 li Cardinalis laudans inquit: digna fuit
 sententia non solum Viro Deum timente, sed
 summæ sapientiae Cardinale, qui attendit,
 quod commendandorum ab initio cœnobio-
 rum non ea fuerit ratio Patribus nostris, ut
 saginandis Ecclesiasticis illa darentur, sed ut
 fide & studio alicujus ea, quæ occupata a
 sœcularibus essent, redimerentur, & negle-
 dus Dei cultus in pristinum revocaretur.

§. CXVII.

*Fleurii Abbatis sententia pro
commendis.*

Verum ut fiduciarias ejusmodi benefi-
 ciorum possessiones vindicemus, haud
 abs re afferere possemus, quod Abbates
 Regulares, excepto exiguo eorum nu-
 mero, qui sat austera disciplinam pro-
 fitentur, monasteriorum proventus forte
 K 5 haud

Sæcul. XV. haud ad meliores impendant usus, iisque
A.C. 1464. liberius abutantur, quam non pauci ejus-
modi possessores, quos *Commendatarios*
vocant. *Religiosi non reformati*, inquit
Abbas Fleurius, *parum cedificant Ecclesiam*,
& si vel maxime exadissimam corredic-
tionem admitterent, vix sperandum, ut eorum
tantus sit numerus, qui fuit eo tempore, cum
Cluniacenses, & *Cistercienses* instituerentur,
ubi Religiosi mendicantes, *Jesuitæ & alii*
Clerici Regulares, & tot sanc*tæ Congrega-*
tiones ignorabantur, quæ *ultimis quatuor*
sæculis Ecclesiæ utilissimam navarunt, atque
etiamnum navant operam. Quare non est
dubitandum, *Ecclesiam pro temporum di-*
versitate aliter atque aliter de fructibus suis
disponere; *beneficia regularia collegiis*, *se-*
minariis, *aliisque communitatibus applicare*,
& *monasteria Episcopis*, qui *tenuem cen-*
suum e diœcesi colligunt, *vel presbyteris*, qui
utilem Ecclesiæ operam post Episcopum na-
vant, *commendare posse*. Si qui sunt, qui
commendis abutuntur, *proventum Ecclesiæ*
capientes, *cui non serviant*, & *præter ne-*
cessitatem plures accumulantes, *ii in distri-*
cto judicio Deo rationem reddendam esse
meminerint. (*)

§. CXVIII.

(*) *Hæc ultima Fleurii verba Continuator*
etiam Abbatibus applicare debuisset, maxime
quia etiam supposito malo reddituum usu, cul-
tus